



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorum

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

Capitula Herardi Archiepiscopi Turonensis, collecta ex capitularibus
Regum Francorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-19366

nedictionem in publica Missa populis tribuere præsumat. quæ omnia summis Pontificibus, id est, cathedralibus Episcopis, debentur, & non Chorepiscopis vel Presbyteris, quorum formam juxta sanctorum canonum decreta Chorepiscopi gerunt. Si autem hi aliquid ex his agere tentaverint, irrita erunt quæ ab eis geruntur, & ipsi omni ecclesiastico honore funditus priventur.

De his qui se ipsos quocumque modo necant.

Ex eodem, cap. ccccxi.

XXXII. Quicumque se propria voluntate aut in aquam jactaverit, aut colum ligaverit, aut de arbore præcipitaverit, aut ferro percusserit, aut cuilibet voluntarie se morti tradiderit, istorum oblatio non recipiatur.

Qualiter hæc statuta servanda sint; & de his qui hæc contempserint, sive Clerici, sive laici, quid agendum sit.

Ex eodem, cap. cccclxxvi.

XXXIII. Has omnes constitutiones ecclesiasticas, quas summam breviterque perstrinximus, sicut plenius in canone continetur, manere perenni stabilitate sancimus. Si quis ergo Clericus aut laicus harum sanctionum obediens esse noluerit, si Clericus fuerit, excommunicationi subiaceat. Si verò laicus & honestioris loci persona, medietatem facultatum suarum amittat filii viribus profuturam. Si verò minoris loci persona est, amissione rerum suarum multatus in exilio deputetur.

CAPITVLA
HERARDI ARCHIEPISCOPI
TVRONENSIS,
COLLECTA EX CAPITVLARIBVS
REGVM FRANCORVM.

Capitula excerpta ex corpore sanctorum canonum pernecessaria ab Herardo sanctæ Turonica sedis Archiepiscopo nutu divino in sancta ipsius synodo tenenda memoriter ab omnibus ipsius paræcia Sacerdotibus & Clericis omnibusque volentibus.

IN nomine Dei folius. Ego Herardus immeritò Turonensium Pontifex anno incarnationis dominicæ DCCCLVIII. ordinationis quoque nostræ III. Indictione VI. cernens Ecclesiam mihi commissam partim negligentia, torpore, vel desidia, partim * præsentium incuria sacerdotum atque ignavia, variis & innumeris cladibus affici, excidiis concuti, &, quod dictu actûque gravius fore comperimus, diversis animarum laqueis ac quotidianis erroribus deperire, instinctu, ut credimus, miseracionis supernæ, perpauca eaque admodum necessaria sacrarum admonitionum collecta capitula, sacerdotum totius nobis creditæ paræciæ generali in urbe sedis nostræ coadunata XVII. Kalend. Junii synodo, publicè recitari, & ut ad omnium præsentium notitiam & intelligentiam pervenire valerent, coram cunctis perlegi fecimus &

* f. præcedentium

revolvi. Et quoniam auctoritas sacra canonum nulli sacerdotum cano-
nes ignorare permittit, ne quemquam in reliquo nobis commissorum
hujus ordinis expertem noverimus canonum, decrevimus pariterque
injunximus excepta per nostri laboris studium hæc modica succincta-
que capitula unumquemque habere in posterum.

CAP. I.

VII. 264. **V**T in synodo prius generales causæ,
quæ ad normam totius Ecclesiæ perti-
nent, finiantur, postea speciales venti-
lentur.

I. 15. 75.
139.
V. 153.
V. 189.
V. 66. 215.
205. 318.
VII. 276.

II. De die dominica, ut à vespera us-
que ad vesperam celebretur, & ut servilia
opera, & verba turpia, atque mercata,
causarum audientia, conventusque pub-
lici, absque ecclesiasticis prohibeantur.

I. 16. 11.
61.
V. 69.
VI. 66. 215.
Addit. II.
c. 24.

III. De ignotis angelorum aliorum-
que sanctorum nominibus, ut non reciten-
tur. Et de maleficiis, incantatoribus, divi-
nis, fortilegis, somnariis, tempestuariis,
& brevibus pro frigidibus, & de mulieribus
veneficis & quæ diversa fingunt por-
tentia, ut prohibeantur & publicæ pœni-
tentia multentur.

I. 1. 81.
116.
V. 40.
VI. 117.

IV. Vt Clerici per tempora constituta
ad ordinationem gradatim veniant, & non
confuse; & ut fides & vita eorum, liber-
tas & tempora inquirantur.

I. 5.
III. 90.
V. 15.
V. 178.
VII. 51.

V. De usuris omnibus fidelibus prohi-
bendis, Clericis ac laicis. Et de mensuris
& ponderibus, ut justæ & æquales ha-
beantur.

I. 22.

VI. Vt nec Clerici nec monachi ad se-
cularia negotia transeant.

I. 28. 38.
V. 70.

VII. Vt si Clerici aut monachi inter
se habent negotia, apud Episcopum fi-
niantur, & non apud seculares. Sin aliis,
excommunicentur.

VII. 110.

VIII. Vt nullus laicorum quemquam
Clericorum absque permisso Episcopi
compellat ad causas ire ad publicum. Et
qui fecerit, donec corrigat, ab Ecclesiæ
societate pellatur.

I. 32. 76.
V. 72. 116.
& seq.

IX. Vt fides prædicetur omnibus fide-
libus à Presbyteris, incarnatio, passio, re-
surrectio, & ascensio, Spiritus sancti datio,
peccatorumque remissio, quæ fit in eo-
dem Spiritu & in aqua baptismatis in gre-
mio sanctæ matris Ecclesiæ. Et vitia, ma-
ximè quæ criminalia, vetentur, virtutes-
que doceantur.

I. 47.
V. 211.
VI. 106.

X. De jeuniis quatuor temporum &
aliis pro diversis necessitatibus constitutis,
ut non solvantur, nisi certis infirmitatibus.

I. 48.

XI. De his qui irrationabiliter pec-
cant, aut cum consanguineis, ut acrius ju-
dicentur, quatenus hujusmodi vitia absci-
dantur.

V. 82.
VII. 356.

XII. De perjuriis, sacrilegis, & ebie-
tatibus prohibendis. Et ut testes jejuni ju-
rent, ac prius de perjurio moneantur. Vt
nullus infra annos quatuordecim testis sus-
cipiatur. Et quod semel perjurati ad re-
fessionem non recipiantur.

I. 65.

XIII. De honore & adjutorio paren-
tibus exhibendo.

I. 111.
V. 165.
104.
VI. 106.
409.
VII. 112.
177. 455.

XIV. Vt incesta omnia, juxta modum
culpæ, absque exceptione personæ à Pres-
byteris judicentur. Et ut tempore oppor-
tuno publica crimina ad notitiam Episco-
pi deducantur; maximè que in die magno
cœnæ reconciliandi, vel adhuc suspen-
dendi, per proprium Presbyterum, vel per
legatum ipsius, eundemque Presbyterum,
cui causa ipsius criminis bene habeatur
cognita, ad præsentiam Episcopi deferantur;
ne anima fratris, negligentia vel otio
sacerdotis, absque reconciliacione per-
manens ejus periculo pereat.

I. 67.
VI. 377.

XV. Vt vaniloquia omnique tumul-
tus in Ecclesia caveantur. Et ante Missam
completam non exeant, & verbum Dei
intente audiant.

V. 161. 170.
160.
VI. 165.
290.

XVI. De oratione dominica & sym-
bolo, ut memoriter omnes teneant; &
Gloria Patri, ac *Sanctus*, atque credulitas,
& *Kyrie eleison* à cunctis reverenter cana-
tur. Psalmi similiter distinctè à Clericis.
Et ut secreta Presbyteri non inchoent an-
tequam *Sanctus* finiatur, sed cum populo
Sanctus cantent.

I. 68.

XVII. Vt scholas Presbyteri pro posse
habeant & libros emendatos.

I. 70.
V. 182.
VI. 106.
Addit. III.
c. 78. 98.

XVIII. Vt hospitalitatem ante omnia
diligant; & ut viduarum, peregrinorum,
orphanorum, atque infirmorum curam &
solicitudinem habeant.

V. 11. 176.

XIX. Vt conversationem feminarum
earumque accessum & administrationem
detestentur. Sin aliis, velut contempto-
res canonum ab ordine deponantur. Et
quibus ministrare necessaria decernunt,
longè eis domos prævideant, in quibus
non per se, sed per ministros, subsidia por-
rigant.

- I. 88.
V. 216.
VII. 161.
I. 34.
V. 75.
VI. 106.
VII. 394.
III. 55.
V. 104.
145.
I. 96.
V. 222.
Addit. II.
c. 21.
Addit. III.
c. 85.
I. 17.
VII. 390.
262. 376.
Addit. II.
c. 18.
I. 136.
V. 49.
VI. 117.
133.
I. 151.
V. 33.
II. 46.
V. 95.
V. 159.
Addit. II.
c. 9.
I. 147.
V. 49.
V II. 16.
V. 172.
V. 181.
185. 188.
II. 36. 47.
V. 97.
I. 145.
V. 47. 567.
VII. 260.
391. 424.
VI. 208.
VII. 326.
Addit. II.
c. 12.
- XX. De vasibus & vestimentis ecclesiasticis pro pignoribus absque licentia Episcopi non dandis, & datis non recipiendis.
- XXI. Vt in infirmitate positi absque dilatione reconcilientur, & viaticum viuentes accipiant, & benedictione sacri olei non careant.
- XXII. Vt pro chrismate annis singulis de omni ministerio duo Presbyteri veniant, ut si unus infirmatur, alter sufficiat. Et ut pariter sacra officia eiusdem diei persolvant. Et ut chrisma pro subvertendis iudiciis nemini detur, & sub sigillo custodiant.
- XXIII. Vt nulla femina veletur sine licentia Episcopis. Et ut ante triginta dies non veletur, & hoc cum consilio parentum ac vicinorum.
- XXIV. De mulieribus ac laicis, ut ad altaria non accedant, & ut sacramenta & panes sanctorum, exceptis quae offerunt, non tangant.
- XXV. Ne leviter aut passim quicumque excommunicetur. Et nullus cogat bibere vel inebriare.
- XXVI. Vt nullus poenitentem cogat manducare vel bibere, nisi redemptio permissa sit, ita tamen ut prius pro eo donet coram ipso redemptionem.
- XXVII. Vt patres & patrini filios vel filios erudiant & enutriant, isti, quia sunt patres; & isti, quia fidei iussores.
- XXVIII. Ne Presbyter solus Missam canat. Non enim potest dicere *Domine vobiscum, Sursum corda*, & cetera.
- XXIX. Vt nullus Presbyter alterius parochianum, nisi in itinere fuerit, vel placitum ibi habuerit, absque licentia sui Presbyteri ad Missam recipiat vel sollicitare praesumat.
- XXX. Vt suis terminis contentus unusquisque existat, nec ex alienis quicumque expetat.
- XXXI. Vt nullus pretium pro baptismo accipiat. Et ut certis temporibus Paschae & Pentecoste baptismata fiant, & hoc in vicis, excepta causa infirmitatis.
- XXXII. Vt Ecclesiae antiquitus constituta nec decimis nec ulla possessione priventur, nisi summa exposcat utilitas.
- XXXIII. De Ecclesiis vel altaribus ambiguis, similiter de infantibus; ut consecrentur & baptizentur: quia quod non constat factum, nulla ratione videtur iteratum.
- XXXIV. Vt in domibus ab Episcopo non consecratis nemo Missam quacunque necessitate celebret. Ex vasibus & vestimentis similiter nemo Missam canet.
- XXXV. Vt decimae & fideliter a populis dentur, & canonicè a Presbyteris dispensentur, & annis singulis rationem suae dispensationis Episcopo vel suis ministris reddant; ne forte damna fraudium subigant, aut necatores pauperum, subtrahendo utilia, quod ablit, existant.
- XXXVI. De in quinta vel sexta generatione copuletur conjugio, & usque ad septimam generationem progenies obfervetur.
- XXXVII. Quod non liceat mulieri velum aut sponte aut coactè semel susceptum quacunque ratione rejicere, licet in domibus propriis vestes mutarint.
- XXXVIII. Vt nullus filium vel filiam sponte suscipiat, nec eam ducat cuius filium tenuit. Quod si inventi sunt, separantur.
- XXXIX. Vt doceantur plebes nulla contra Episcopos graviter vel leviter agere, nec ipsis detrahere, sed humiliter ac reverenter in cunctis obedire, & quod eorum injuria referatur ad Deum, cuius summa legatione funguntur. Et ut Reges vel Principes, pro quibus orare quibusque propter Deum subdi praecipimur, nullus maledicere vel detrahere praesumat.
- XL. De manso integro unicuique Ecclesiae absque censu vel temporali servitio dando. Et quod omnes dotes Ecclesiarum ad iura pertinent Episcopi.
- XLI. Quicumque viduum infra triginta dies viduitatis invitam vel volentem acceperit, ultra eam non attingat, & adulterij poenas luet.
- XLII. Vt incestuosi, & qui decimas non dant, non constringantur per gaudios vel sacramenta, sed ecclesiasticè corrigantur.
- XLIII. Vt Presbyteri per mercatores non discurrant, nec indiscretè domos circumciant, & comestationibus & ebrietatibus non inserviant, ne famam male opinionis incurrant.
- XLIV. Vt res quas in sacris ordinibus adquisierint propriis Ecclesiis derelinquant, hereditarias verò juxta arbitrium propriae voluntatis distribuant.
- XLV. Vt Presbyteri aquam benedictam cum suis populis in circuitu Ecclesiarum deferant, & ut scrutinia in locis & temporibus constitutis non negligant.
- XLVI. De aedificationibus Ecclesiarum, ut nullus antea fundamentum jaciatur donec Episcopus veniat & in medio cru-

cem figat, & sic accepta dote, construendi licentiam tribuat.

XLVII. Vt Episcopus, Presbyter, de loco ignobili ad nobilem per ambitionem non transeat, nec quisquam inferioris ordinis Clericus.

XLVIII. Si Presbyter aut Diaconus deserit Ecclesiam suam, deponatur, nisi petitione populi, licentiaque Episcopi, & utilitate majori.

XLIX. Vt Presbyter non amplius quam unam Ecclesiam habeat, sicut & vir unam uxorem.

L. Vt Presbyteri & Diaconi, si in bella cum annis processerint, ita deponantur ut nec laicam communionem habeant.

LI. Si quis à synodo vel à proprio fuerit excommunicatus Episcopo, & ex ministerio sacro quicquam contigerit, nullatenus spem restitutionis inueniat.

LII. Vt qui aquam consecratam vult accipere in sabbato sancto vel Pentecoste, ante infusionem chrismatis sumat. Nam illa chrismatis mixtio ad regenerandos pertinet.

LIII. Vt populus prædicetur ut oblationes Deo offerant, & ut tertia Dominica vel quarta communicent, abstinentes se à luxuria propriisque uxoribus & reliquis illicitis; nisi forte criminalibus culpis sint implicati.

LIV. Vt signa pulsentur horis canonicis. Et ut nullus se per ambitionem alteri præferat; sed omnes agnoscant tempus suæ ordinationis.

LV. Vt nemo à sacro fonte aliquem suscipiat nisi orationem dominicam & symbolum iuxta linguam suam & intellectum teneat. Et omnes intelligant pactum quod cum Deo fecerunt.

LVI. Vt Presbyteri chrisma, oleum, & eucharistiam semper habeant, ut parati inueniantur.

LVII. Vt omnes primitiæ frugum benedictionis gratia ad Ecclesiam deferantur.

LVIII. Vt exequiæ mortuorum cum luctu secreto & cordis gemitu fiant. Et psalmos ignorantes, *Kyrie eleison* ibi cantant; & ut triginta diebus amici & parentes pro eis agant.

LIX. Vt Presbyteri de occultis iussione Episcopi poenitentes reconcilient; & sicut supra præmissimus, infirmantes absoluant & communicent.

LX. Mulier post partum statim ut voluerit, nisi forte sit adultera, intret Ec-

clesiam, ac Deo referat gratias.

LXI. De festiuitatibus anni quæ ferriari debeant, id est, natali Domini, sancti Stephani, sancti Iohannis, & Innocentium, octauas Domini, epiphania, purificatione sanctæ Mariæ & assumptione; ascensione Domini, & Pentecoste, Missa sancti Iohannis Baptistæ, Apostolorum Petri & Pauli, sancti Michaelis, atque omnium sanctorum, sancti Martini, & sancti Andree, & eorum quorum corpora ac debite venerationes in locis singulis peraguntur.

LXII. Vt diebus festis jejuniorum à conjugibus se abstineant; & quia non est concessa uxor causa libidinis, sed filiorum, & omnia prolubeantur illicita, parcatûrque à licitis.

LXIII. Vt privilegia Ecclesiis concessa maneant incorrupta; & qui corruperit, penas luat sacrilegij.

LXIV. Laicis, quamvis religiosis, de Ecclesiæ negotiis disponendis nulla tribuatur facultas, quia ad ipsorum damnationem pertinet.

LXV. Omnia quæ Deo offeruntur, consecrata habentur, in vineis, terris, silvis, utensilibus, vestimentis, pecoribus, & reliquis possessionibus; ut quæ Ecclesiæ sunt, sine dubio Christi, qui sponsus ejus est, sint.

LXVI. Quòd conjunctio spiritalis, conmatris maximè sit peccatum, & ideo separandum, & capite vel exilio damnandum.

LXVII. Quòd debeant viri uxores suas diligere, eisque ut vasi inferiori custodiam & omnia necessaria providere.

LXVIII. Quòd omnis ordo Clericorum Episcopo suo subiectus maneat, & ad ejus iudicia concurrat, nihilque sine eo presumat. Quòd qui fecerit, degradetur.

LXIX. Vt excommunicatis nemo communicet, nec perturbatoribus Ecclesiarum se misceat.

LXX. Vt criminofus locum accusandi non habeat; & qui unum crimen non approbat, ad aliud non admittatur.

LXXI. Vt nullus accusationem suscipiat priusquam rebus suis restituatur.

LXXII. Nemo accipiat Ecclesiam sine datione & consensu proprii Episcopi.

LXXIII. Vt discendi gratia ad civitatem vel ad loca constituta Presbyteri veniant quadragesimali tempore.

LXXIV. Vt de inceltis, infirmis,

MMm iij

I. 131.
V. 266.
Addit. III.
c. 81

VI. 200.
VII. 245.

VI. 237.
Addit. II.
c. 10.

VI. 61.

Add. IV.
c. 14.

VI. 77.

II. 40.
VI. 170.
391.
VII. 471.

VI. 169.
371.

VI. 175.
395.

VI. 178.

VI. 159.
395.

VI. 197.
395.

VI. 106.

VI. 207.

L. 258.
II. 37.
VI. 189.

VI. 187.
210.
Addit. II.
c. 25.

VI. 103.
111. 194.
404. 407.

V. 403.
VI. 193.
VII. 199.

VI. 404.
405. 407.
Addit. IV.
c. 17.

VI. 421.

VI. 210.
Addit. II.
c. 21.

V. 25. 59.
VII. 4. 78.
155. 163.
175.

V. 25. 26.
63.
VII. 10.
474.

VI. 164.
VII. 85.
100.

VI. 181.
VII. 116.
Addit. IV.
c. 1.

V. 147.
VII. 166.
V. 2.

VI. 110.
231.
VI. 106.
433.

- VII. 112. ^{336.} ^{Addit. II.} ^{c. 23.} ^{Addit. II.} ^{c. 6.} ^{Gratian. di.} ^{5. de con-} ^{fess. c. 6.} ^{Vijjuni.} ^{VII. 129.} ^{130. 147.} ^{148. 465.} pœnitentibus, & mortuis omnem sollicitudinem & curam habeant Presbyteri, & concubinas omnino prohibeant.
- LXXXV. Vt jejuni ad confirmationem veniant perfectæ ætatis, & moncantur confessiones dare prius, ut mundi donum sancti Spiritus valeant accipere.
- LXXXVI. Vt omni anno parrochias Episcopi girent, & ut Presbyteri rationem sui ministerij ac creditorum omnium ipsi reddant.
- LXXXVII. De venditionibus sepulcrorum, & de his qui pro sepulturis mœnera exigunt, ut severiter puniantur & dirringantur.
- LXXXVIII. Ne Presbyter benedictionem publicè fundere super populum præsumat.
- LXXXIX. Qui Ecclesiam tricennarij jure possederit, nulli deinceps subtrahere liceat.
- LXXX. Quod eandem pœnam passurus sit accusator, si convincere non potest, quam reus, si victus fuerit.
- LXXXI. Qui res Ecclesiæ invadunt, vastant, vel diripiunt, si monente Episcopo non se correxerint, excommunicantur.
- LXXXII. Vt laici infra cancellos non stent, & ut oblatio populi foris septa recipiatur.
- LXXXIII. Qui sabbato Paschæ usque ad noctis initium non jejunant excommunicantur, & à paschali communione secernantur.
- LXXXIV. Quod in omni causa capitali seu status, non per advocatum, sed per personam, sit agendum.
- LXXXV. Vt Presbyteri ab omnibus vitis se caveant, & subiectis ducatum cœlestis vitæ præbeant.
- LXXXVI. Vt Presbyteri domos religiosas habeant & nitida vestimenta.
- LXXXVII. Vt regulariter pœnitentias dent, & in judicando æquitatem habeant, & mœnera inde non exigant.
- LXXXVIII. Mulier quæ dormiens filium suum opprimit, sex annis pœniteat. Vir ejus si in domo fuerit, quatuor. Si in uno lectulo, simili modo, duos in pane & aqua, reliquos ad arbitrium sacerdotis, juxta qualitatem personæ & fletum pœnitentis.
- LXXXIX. Vt sponsus & sponsa cum precibus & oblationibus à sacerdote benedicantur, & legibus sponsetur ac dotetur, & à paranymphis custodiatur, & publicè
- solemnitèrque accipiatur. Biduo ac triduo abstineant, & doceatur eis ut castitatem inter se custodiant, certisque temporibus nubant, ut filios non spurios, sed hereditarios Deo & seculo generent.
- XC. De his qui Missas canunt & non communicant, quomodo possunt dicere, *Sacramenta quæ sumpsimus*, & cetera.
- XCI. Vt bis in anno Concilia celebrentur, & nemo plus in unoquoque quàm quindecim diebus remoretur.
- XCII. De interdictis, quod qui interdita canonica servare contempserit, gradus sui periculo subjacebit. Item si quis sacerdotum vel Clericorum contra interdita canonum fecerit, à suo est officio submovendus.
- XCIII. De Pascha annotina, ut rememoretur.
- XCIV. De letania Romana VII. Kalendas Maij, ut rememoretur.
- XCV. De diebus rogationum, ut reverenter ac studiosè absque turpibus jocis & verbis celebrentur, ut nullus in eis prandia, comessationes, diversasque potiones per diversa loca facere præsumat.
- CVI. Delectionibus vigiliæ Paschæ & Pentecoste.
- CVII. De octo diebus Paschæ, qualiter ferari debeant, & de Pentecoste.
- CVIII. De dilatione temporum erga eos qui ad sacros ordines provehantur. Qui se divinæ militiæ mancipari desiderat, sive inter Lectores, sive inter Exorcistas quinquennio teneatur. Exinde Acolytus vel Subdiaconus quatuor annis stet, & sic in benedictione diaconatus, si meretur, accedat. in quo ordine quinque annis, si inculpatè se gesserit, hæere debet, & postea probatus, sacerdos efficietur.
- CIX. De confessione scelerum. Manifestum est eum confiteri crimen qui indulto & delegato sibi iudicio purgandi se ratione non utitur. Nihil enim interest utrum in præsentem examine omnia quæ de eo dicta sunt comprobentur, quod ipsa ejus absentia pro confessione consistat.
- C. Quod pœnitenti nulla lucra negotiationis exercere conveniat. Et ut injusta populi petitio effectu careat.
- CI. Accusatores calumniosos vel suspiciosos nemo suscipiat, nemo audiat.
- CII. Accusatores & accusationes quas seculi leges non admittunt, canonum quoque decreta remonent.
- CIII. Quorum fides, vita, & libertas nescitur, non possint sacerdotes accu-

fare; nec viles personæ, nisi in propriis causis.

CIV. Si quis Clericus in criminali vel leviore causa pulsatur, vel in discrimen capitis accersitur, non statim reus æstimatur qui accusari potuit, nec subjectam innocentiam facimus. Sed quisquis ille est qui crimen intendit, ad iudicium episcopale veniat, nomen rei indicet, vinculumque inscriptionis arripiat. cognoscat similitudine habita prius dignitatis æstimationem, nec sibi fore licentiam rei mentiendi, calumniantes ad similem vitam poscat similitudo supplicij.

CV. Vt Presbyteri modum proprium recognoscant, id est, quæ alterius sunt non appetant, nec altaria submoveant, vel cetera prohibita agant. Et ut Ecclesiæ luminibus ceterisque decorentur ornatibus. Et ut Presbyteri Missas cum sandaliis celebrent.

CVI. Vt sacerdotes de incognitis sibi rebus nihil iudicare præsumant priusquam cuncta quæ gesta sunt veraciter audiant, & neminem lædere vel detrahere, nec quemquam ante iustum iudicium damnent, nec proprio arbitrio iudicent. Prius probent, & sic iudicent. Non enim qui accusatur, sed qui convincitur, reus est. Et neminem lædere vel detrahere sine causa concedant, exemplo Mariæ, quæ Moyse propter Æthiopiæ detraxit, & lepræ immunditia multata est. Et David in Saul unctum, licet nosset à Deo abjectum & reprobatum, manum mittere timuit. Similiter & nos vituperationis manum ab omnibus fidelibus subtrahamus.

CVII. Vt Presbyteri sicut ordine sanctiores, ita verbo, incessu, & actu sint reverentiores: quia celsitudo graduum graviolem peccati facit cumulum.

CVIII. Vt Presbyteri & Clerici ante se ioca turpia fieri non permittant, sed pauperes & indigentes ad mensas secum habeant, & legatur eis lectio.

CIX. In Ecclesiis vel in domibus earumque atris placita secularia minimè fiant.

CX. Qui rapiunt feminas, furantur, vel seducunt, licet ipsis & parentibus conveniat, eas uxores non habeant.

CXI. Ne ullus laicorum plusquam duas uxores habeat. Quod verò extra est, ad adulterium pertinet. Similiter & mulier.

CXII. Vt in Christianorum non sal-

tetur nuptiis, & à quinquagesima usque octavas Paschæ non fiant nuptiæ.

CXIII. Vt Clerici in quacunque seditione arma detulerint, post depositionem gravi poenitentia in carcere retrudantur. Aliter si armis, sagis, vel sabeiis usi fuerint, deponantur.

CXIV. Quando populus ad Ecclesias venerit per dies solemne, aut communiter *Kyrie eleison* cantent, aut singulariter orationem dicant. & in Ecclesia cum silentio stent, & pro se & pro omni populo Dei orent, corda semper ad cælum habentes erecta, & moneantur ut luminaria, incensum, & buccellas, & fructuum primitias afferant, sicut scriptum est: *Honora Dominum de tua substantia.*

Et in eisdem sanctis diebus nec in plateis nec in domibus cantica turpia vel luxuriosa, saltationes, vel lusa faciant diabolica, sed aliquem sapientem & bonum hominem conveniant, & ibi bonis lectionibus, quæ ad animæ salutem pertinent, intendant. Revertentes de Ecclesia similiter cantent, & eorum pastores exeuntes vel redeuntes ad campos, ut vera Christianitas in eis agnoscat.

CXV. Moneantur omnes fideles de caritate & hospitalitate, ut noverint quia vera est caritas Deum diligere plusquam se, & proximum tanquam se, & qui nihil vult facere aliis quod sibi non vult fieri. Qui enim in cibo & potu, dandis & accipiendis rebus caritatem putat, errat, dicente Apostolo: *Regnum Dei non est escæ & potus, sed iustitia & pax.* Sed & si ipsa cum studio cantatis fiant, bona sunt, & inter virtutes computanda. Aliter, seculi actus sunt.

CXVI. De orationibus & eleemosynis & Missarum celebrationibus pro fidelibus defunctis agendis, quibus impii carere debent, quoniam nec eorum eleemosyna à sacerdotibus vel reliquis fidelibus accipienda est, nec sepultura fidelium tribuenda.

CXVII. Quod non valeant scripturæ contra decreta canonum vel sancta Pontificum.

CXVIII. Vt lites & contentiones, rixæ & jurgia, sicut discordiæ & odia, prohibeantur, & pax & concordia prædicetur.

CXIX. Vt diffinita crimina nullus refricare audeat.

CXX. Quod poenitentes à conviviis

1295 Capitula Herardi Archiep. Tur. 1296

& ornamentis atque alba veste abstinere debeant; & discordes pellantur ab Ecclesia donec ad pacem redeant.

I. 7.
V. 25. 62.
VII. 10.
297. 474.
Addit. III.
c. 94.

CXXXI. De his quos Presbyter excommunicaverit, ut alius eos non recipiat.

VI. 303.
VII. 149.
457.
Addit. IV.
c. 60.
Addit. III.
c. 21.

CXXXII. Vt Christiani ab otioso sermone & juramentis se caveant.

I. 68.
App. I. f.
VI. 259.
VII. 203.
237.

CXXXIII. Qui contra statuta canonica fecerit, laicus communione, Clericus priuatur honore.

I. 68.
App. I. f.
VI. 259.
VII. 203.
237.

CXXXIV. Vt fideles se abstineant a coitu pregnantium uxoribus & menstruo tempore.

I. 68.
App. I. f.
VI. 259.
VII. 203.
237.

CXXXV. Vt Presbyteri computum discant.

I. 68.
App. I. f.
VI. 259.
VII. 203.
237.

CXXXVI. Vt superbi Clerici & laici excommunicentur. Et ut patientia & humilitas, castitas & humanitas ab omnibus prædicetur.

I. 24.
V. 28.
VII. 33.

CXXXVII. Si quis potentem quemlibet expoliauerit vel oppresserit, per prædicationem sacerdotum revocari debet.

V. 157.
Addit. III.
c. 30.

CXXXVIII. Vt unusquisque in eo loco in quo constitutus est, ibi maneat, nec ad alia transeat.

V. 126.
VI. 153.
Addit. IV.
c. 188.

CXXXIX. De reis ad Ecclesias vel ad earum atria confugientibus, ut inde non abstrahantur.

V. 126.
VI. 153.
Addit. IV.
c. 188.

CXXX. Vt nullus occultè nuptias faciat, nec virginem vel viduam sacram ducat.

VII. 137.
312.

CXXXI. Clerici tardi ad officium

aut flagellentur aut excommunicentur. Addit. IV. c. 157. VI. 394.

CXXXII. Nullus sacerdotum decimas cum lite & iurgio suscipiat, sed prædicatione & admonitione.

CXXXIII. Vt vocati ad synodum in prætermisso occurrant. Sin alias, condemnentur. V. 60. VII. 34. 460.

CXXXIV. De his qui sibi quacunquæ negligentia mortem inferunt, aut pro suis scelibus puniuntur, nulla pro eis fiat oblatio, nec cum psalmis ad sepulturas ducantur. Addit. IV. c. 81.

CXXXV. De his qui decimas abstrahunt Ecclesie ad quam pertinent, & propter munera vel aliquam occasionem alteri dant, donec restituant, ab Ecclesie societate pellantur. I. 157. V. 256. Addit. IV. c. 100. 166.

CXXXVI. Laicus non debet in Ecclesia publicè lectionem recitare, nec alleluia, sed psalmos & responsoria. V. 111.

CXXXVII. Vt ad prædicationem & confirmationem Episcopi omnes devotè conveniant, eique fideliter ministrent & obediant. VII. 35.

CXXXVIII. De his qui Ecclesiis vim inferunt, aut Clericos injuriare præsumunt, ut anathematizentur. VII. 371.

CXXXIX. Vt qui alium in culpa sua defendere vel excusare nititur, excommunicentur.

CXL. Vt nullus sacerdotum ignoret quid sit in synodo constitutum, sed omnibus cognitis certatim obtemperent.

Hæc verò brevitatis studio, ut prælibavimus, à nobis collecta omnibus nostris sacerdotibus habenda statuimus; quoniam ipsis & subiectis omnibus hæc eadem bene habita & intellecta omnibus modis futura cognoscimus.

EXPLICIUNT CAPITULA HERARDI ARCHIEPISCOPI.

FINIS TOMI PRIMI.

INDEX